

Hymn.

4.

Jesu nostra redemptio, Amor et desiderium, Deus Creator omnium, Homo in fine temporum. 2. Quae te vicit clementia, Ut ferres nostra crimina, Crudelam mortem patiens, Ut nos a morte tollereres! 3. Inferni claustra penetrans, Tuos captivos redimens: Victor triumpho nobili, Ad dextram Patris residens. 4. Ipsa te cogat pietas, Ut mala nostra superes parcendo, et voti cumpotes Nos tuo vultu saties. 5. Tu esto nostrum gaudium, Qui es futurus praemium: Sit nostra in te gloria Per cuncta semper saecula. Amen.